Quelle: https://manuscripta.at/?ID=59
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



53

difficile dictu est hoc loco. Tu enim
fortasse aut ludere nos & a seriis
rebus auocare animum quasi qui
busdam puerilibus questunculis ar-
bitraris. aut parua aut mediocre
aliquam utilitatem requirere. aut
si magnum quiddam parturire ista
disputatione suspicaris. iam iamque
id scire siue saltem audire desideras.
f go autem credas uelim neque me uilia
ludicra hoc instruisse sermone.
quamuis fortasse ludam. idque possum.
non tamen puerili sensu estimandum
sit neque parua bona ut mediocria
cogitare. et tamen si dicam uitam esse
quandam beatam eandemque sempiter-
nam quo nos dominus duce id est ipsa
ueritate gradibus quibusdam infirmo
gressui nostro accommodatis perducere
cupio. Vereor ne ridiculus uide-
ar: qui nondum rerum ipsarum quae significa-
ntur. sed significantium considerationem
tantam uiam ingredi ceperim. Da
bis igitur ueniam si per ludum tecum. cum
non ludendi gratia sed exercendi
uires & mentis aciem quibus religio
nis illi ubi beata uita cum calorem
ac lucem non modo sustinere. uerum et
amare possumus. Ad. Pergere po
tuus ut cepisti. nam nunquam ego
contemnendam putem. quae tu di
cenda ut agenda putaueris.
Aug. Age iam quoque illam partem con
sideremus. cum signis non alia sig
na significantur. sed ea quae signi
ficabilia nominamus. et primum
dic mihi. utrum homo homo sit.
Ad. Nunc vero an Iudas nescio.
Aug. Quid ita. Ad. Quia
quaerendum ex me censes. utrum
homo aliud sit quam homo. Aug.
Ita credo te inludi arbitrarer.
si enim quaerere utrum prima hui
nominis syllaba aliud sit
quam ho . & aliud secda quam
mo. Ad. Ita omnino. Aug. An
iste duae syllabae coniunctae ho
mo est. an negabis. Ad. Quis
negetur. Au. Quero quoque tu
duae iste syllabae coniunctae
sis. Ad. Nullo modo. sed uideo
quo tendas. Au. Dicito quaeso
me commeliosum putes. Ad. Con
cludi existimas. quod homo non sim.
Aug. Quid tu non idem existi
mas. qui omnia superiora exqui
bus hoc confectum est uera esse
concedis. Ad. Non ubi ego di
cam quid existimem. nisi prius
abs te audiero. cum quererem utrum